...nt se pu
...e accepi
...s. Ps. Qd
...bus quia
...ue seru
...n pecunias
...ii. Ps
...us uris
...uale filii
...vitem ne
...ui nobis
...dam. Qc
...ne. Se. po
...mulia qua
...ie non du
...u innoce
...uenitu d
...clari opt
...oz
...n dans pat

Fratres. Convenientibus vobis in unum iam non est dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum. Et alius quidem esurit. alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum. aut ecclesiam dei contemptitis. et confunditis eos qui non habent. Quid dicam vobis? Laudo vos in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis quoniam dominus ihesus in qua nocte tradebatur. accepit panem et gratias agens fregit et dixit. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenavit dicens. Hic calix novum testamentum est in meo sanguine

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

# Verſus Epithalamij

# IN NVPTIARVM CELEBRITATEM,

## DN. M. DANIELIS VVAGNERI,

Paſtoris Eccleſiæ Traſuicenſis, Sponſi:

ET

## PVDICISSIMÆ VIRGINIS CATHARINÆ, DN. ANDREÆ HERLICII SENATORIS CIZENſis filiæ, Sponſæ:

CELEBRATARVM

*Die Vinculis S. Petri Apoſtoli ſacro, qui*
*eſt 1. Auguſti anni currentis*

VVagnero pLaCVIt CatharIna pVeLLa MagIſtro,
Vt sIne Labe torVs, sIC sIne LIte torVs.

SCRIPTI

Ab affinibus, Conſanguineis & amicis boni ominis cauſa.

LIPSIAE

IMPRIMEBAT MICHAEL LANTZENBERGER

Anno M. D. XCII.

STADTBIBLIOTHEK ZU CHEMNITZ

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

# HYMNVS NVPTIALIS.

DVm læta lætus concinit
Sponſis Hymen ſponſalia,
Iocationes ſuggerit,
Et gaudiorum ſemina,
Amor ſupernè deuolans.

Amore Coniugum nouo,
Quid ( quæſo) noſti ſuauius?
Vita ſub vno lectulo,
Quid vndecunq; gratius?
In corde quidúe dulcius?

Sed nil habetur dulcius,
Amore Coniugalium:
Nil inuenitur gratius,
Fauore conuiuentium.
Nil ſuauius dies ferunt.

Amor quid eſt, quid efficit,
Ligans duorum pectora,
Quæris? referre negligit.
Deſiderans abſcondita
Nouiſſe, vanum poſtulas.

Amoris ordo non ſatis
(Quali Cupidinis rota
Voluatur in præcordijs)
Docto patet: vis maxima
Nullis notatur ſenſibus.

Sed nil moratur talium
Amor, ſui quod muneris
Sit, efficit: quærentium
Curas relinquit, præpetis
(Hinc inde) more nuncij.

Coniungit vſque ſuauiter
Duos iugali vinculo,
Regitque iunctos molliter
Vtroque ſub mundi polo,
Gratusq; grata ſuggerit.

Adſunt genarum baſia,
Facetiæ, leporibus
Mixtæ, iocoſa gaudia,
Referta verba riſibus,
Dum talis aſtat incola.

Et SPONSE iam velociter
Amor, tuas ad ianuas

Volando, pulſat impiger,
Figens faces interritas,
Suo comitatus agmine.

HERLICIO de ſanguine
Dono dat en puellulam
Tibi, fauente Numine:
Hanc nominato Coſtulam,
Domus & adiutorium.

Non diceres? vel filia
Eſt Cypriæ; vel Palladis,
Exculta forſan Coſtula,
Mihi videtur moribus.
Nihil, quod ornet hanc, deeſt.

Sed hoc quid eſt? Amor tuis,
Pudore fuſam territo,
Decenter infert brachijs:
Tremit pudore, (credito)
Genæ tremunt vt frigore.

Nunc SPONSE, quod placet, capis:
Nunc SPONSE, quod capis, tenes:
Hanc diligas; ſi diligis,
Certè teipſum diliges,
Vt os tuum, carnem tuam.

Te recrea virgunculæ
Totum venuſtis artubus,
Carniſque portiunculæ
Faueto totis viribus.
Sic temporis fallis dies.

Rident facetiæ nimis,
Iociq́; cum leporibus,
Dum SPONSE SPONSAM brachijs,
Amoris haſta ſaucius,
Amplecteris. Sic vult Amor.

Amplexus eſto firmior
Ferro, quod ignis Lemnius
Perduruit; diutior
Stato polis fumantibus.
Amor perennis ſic erit.

En Archinymphus ipſemet
Adeſt, ſator connubij,
Nuptis nouis vt dictitet,
Quæ coniugalis lectuli
Sint dignitas & gloria.

Non vita ſolitaria
Viro vel vſui foret,

Ait

Ait DEVS: ſolatia
Soli viro nec afferet:
Sentina prauitatis eſt.

Creator adiutorij,
Vitam peroſus cælibem,
Manebit adiutorij
Creator, aſtra penſilem
Donec pererrant regiam.

Prodeſt tori ligatio:
Si quis per imprudentiam
Cadit, fit eleuatio
Conſortis ad præſentiam:
Eſt pergrauis res vnico.

Beat torum: beatus es,
(Ait) videbis proſpera.
Et SPONSE ſic beatus es;
Videbis illa proſpera
Connubialis vinculi.

Multiplicari Coniuges,
Et prole multa creſcere,
Ceu palmites ſolent graues
Cum fructibus vireſcere,
Precatur indies DEVS.

Hoc & precor, vos creſcite,
Oliua ſicut fertilis,
Et dotibus diteſcite
Parentis almi plurimis,
Vt annus annos augeat.

Vt abſque Solis lumine
Humus iacet triſtiſſima;
Sic abſque prolis nomine
Res eſt tori triſtiſſima,
At prole pulchra ſuauis eſt.

HERLICIA de Coniuge
Habeto SPONSE liberos;
Licet ſuis cognomine
HERLICIIS ſint impares,
Pares tamen ſolertia.

Corniculæ viuacitas,
Et turturum concordia,
Sint in toro felicitas.
Hæc, & trecenta commoda,
Frequenter innouent torum.

Sed quid moror vos Coniuges?
Lectos iugales ingredi

Amor

Amor iubet: ceſſantibus
Præit; vocat, ſequimini,
Sequimini; non eſt mora.

Intrare SPONSVS vult amans,
Manuq́; ducit Coſtulam:
Faces amantium rotans
Amor, recludit ianuam;
Sequuntur en, ſilete, ſt.

*M. Iacobi Zaderi VVeidenſis, Eccleſiæ Chriſti apud D. Nicolai Cizæ Diaconi.*

## ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ
τοῦ διστιχίου Ἡσιοδείου.

οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζετ᾽ ἄμεινον
τῆς ἀγαθῆς· τῆς δ᾽ αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο.

Οὐδὲν ἐν ζωῇ δίδοται ἄρειον
ἀνδρὶ τῆς Νύμφης ἀγαθῆς καλῆς τε·
τῆς κακῆς οὐδὲν κάκιον καὶ αὖθις,
φίλτατε γαμβρέ.

Αἴτιον δῆλον πέλεται ἀκοίταις·
ἥδει ἡ Νύμφη ἀγαθὴ φιλίστῳ,
ἡ κακὴ αὐτὰρ χαλεπῇ ὀδύνῃ
ἄνδρα δίδωσι.

Νύμ-

Νύμφη εὐπειθὴς ἀγαθὴ τῷ ἀνδρὶ
ἐστι, ἐκ θυμοῦ τίει ἠδὲ ἄνδρα,
ἐκτρέφει παῖδας ὁσίως, καλῶς τε
κήδεται οἴκου.

Αὖθις ἡ Νύμφη κακή ἐστ' ἀπειθὴς
ἀνδρὶ, ἐχθαίρει ἀτίει δὲ αὐτὸν,
οὐδὲ τῶν παίδων μελεδαίνει, οὐδὲ
οἰκονομεῖται.

Οὖν τεὴν Νύμφην περὶ κῆρι στέργε
γαμβρὲ, ὑψίστῳ θεῷ ἠδὲ αὐδὴν
ἐκτέλει, Νύμφην ἀγαθὴν σοι αὐτὸς
ὅτι ἔδωκεν.

οὐ γὰρ ἄνθρωπος, θεὸς ἀλλὰ μόνος,
ὥσπερ ἀνθρώπους θάλαμον δίδαξε,
οὕτω εὐτάκτῳ τῷ ἔρῳ συνείρει
στήθεα αὐτῶν.

Χαῖρε νῦν Νύμφη μετά σου ἄριστα,
γαμβρὲ, εὐθύμως λάβε καὶ ἀοιδὴν,
ἣν ἐγὼ ἡμῶν περὶ συγγενείαν
ᾖδα ἀτέχνως.

## CHRONODISTICHON HARVM NVPTIARVM.

SponſI hI paſtorIs ZIzensIs VXore LIgantVr,
AVgVſtI prIMVs sVrgIt In orbe DIes.

*M. Ambroſÿ Torgau.*

# ΕΥΧΗ.

Εὐχομ' ἐγὼ, νεαροῖσι γάμοις καλὰ πάντα
παρεῖναι,
ἡσυχίην, οἶκον, τέκνα, καὶ εὐτυχίην.
θάλλῃ ἐν ὑμετέρᾳ φιλίη, καὶ σύμβασις εὐνῇ,
εἷς καὶ ἀεὶ ὑμᾶς θυμὸς, ἔρως τε μένῃ.
νῦν ὑμῖν σπένδω τὰς εὐχὰς, ἠδὲ δεήσεις,
εὐχωλαῖς δὲ θεὸς τέρμα ὀπάσσῃ ἐμαῖς.

Βαρθολομαίου Πηλαίου.

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT
BIBLIOTHEK
CHEMNITZ

aut emissa voce magna ex
piravit pi ur Et velu(m) te(m)
pli scissu(m) e(st) in duo a summo usq(ue)
deorsu(m). Videns aut(em) centurio qui
ex adverso stabat q(uia) sic clamans
expirasset ait. Vere hic homo
dei filius erat. Erant aut(em) et mu
lieres de longe aspicientes int(er)
quas erat maria magdalene
et maria iacobi minoris et
ioseph mater et salome.
Et cu(m) esset in galilea seq(ue)ba(n)tur
eu(m) et ministrabant ei et alie
multe q(ue) simul cu(m) eo ascenderant
iherusalem. ew. Et cu(m) iam
sero esset facto quia erat parasceve
erat q(uo)d e(st) ante sabbatu(m) venit
ioseph ab arimathia nobil(is)
decurio qui ipse erat expectans
regnu(m) dei. Et audacter intro
vit ad pylatu(m) et petivit co...